

Quam infelicer se habeat scientia humana, que in usu est, etiam ex illis liquet,
que vulgo asseruntur. Recte ponitur; "Vere sciens, esse per causas sciens." Etiam
non male constituantur cause quatuor; materia, forma, efficientia, et finis. At ex his
causis finali tantum abest ut proicit, ut etiam scientias corrumpat, nisi in hominibus
actionibus. Formae inventio habetur pro desperata. Efficientia vero, et materia (quales
queruntur et recipiuntur, remotae scilicet, absque *latentis processus* ad formam) res
perfectoriae sunt, et superficiales, et nihil feret ad scientiam veram et activam.
Licut enim in natura nihili vere existat praeter corpora individua, edentia actus puros
individuos ex lege; in doctrinis tamen, illa ipsa lex, ejusque inquisitio, et inventio, atque
explicatio, pro fundamento est tam ad sciendum quam ad operandum.

Bac: Nov: Org: Lib. 2, Apk: 2.